



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

I. Markgraf Otto bestätigt eine Schenkung des Vogtes Heinrich Thrudo zu Spandow über 4 Winspel Roggen aus der Spandower Mühle an das dortige Heiligegeist-Hospital, am 24. April 1261.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](#)

... etiam quodcumque in aliis locis deinde in aliis locis invenientur. Et sicut in aliis locis invenientur... etiam in aliis locis invenientur. Et sicut in aliis locis invenientur. Et sicut in aliis locis invenientur.

XXXII.

V e r m i s c h t e U r f u n d e n , vornämllich den Ländchen Barnim und Teltow angehörig.

- I. Markgraf Otto bestätigt eine Schenkung des Vogtes Heinrich Thrudo zu Spandow über 4 Winjpel Roggen aus der Spandower Mühle an das dortige Heiligegeist-Hospital, am 24. April 1261.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, omnibus in perpetuum. Mutabilium temporum successio actiones hominum frequenter deducet in irritum et inane, si non vel ex voce testium vel scripti memoria reciperent firmamentum. Nouerint igitur universi tam temporum futurorum quam presencium successores, quod Henricus Thrudo, noster aduocatus, existens in spandow, in nostra ipsius presencia constitutus, tamquam homo laudabilis, vite sue saluti prouidens in futurum, maxime in Christo Jesu, per quem salus animarum venit, quatuor choros filiginis, quos in molendino Spandowe de manu nostra in feodo tenet ac per aliquot tempora possedit, hospitali ibidem contulit — — — condicione tam laudabili operi debita, quod sacerdos, qui pro tempore a superioribus ibidem receptus fuerit ad diuinum officium exsequendum, frequens et sedulus in cottidianis diuinorum obsequiis perseueret. De quibus chorus prehabitūs preter expensas dictus sacerdos in vestitu et aliis suis necessariis sicut poterit habundabit. Nos eciam dictum locum hospitalis ob reuerenciam crucifixi, cuius insignia in nostro balamus pectore, sperantes in nobis ipsius graciam multiplicari, ac nostrum sui sancti spiritus gratia coronari imperfectum, cupientes aliquo solamini beneficio decorare, proprietatem dictorum chororum dicto hospitali, sicut in forma continentur supra scripta, contulimus libere ac perpetuo possidendum. Hujus rei testes sunt: Bertoldus de Stendal, Henricus de Brecech, Ludoqicus de Kercowe, N. de Grobene milites et alii quam plures. Et ut nostra donacio grata et libera imperpetuum perseueret et ne quis contra ipsam malicie contrauenire presumat, presentes nostras litteras sigilli nostri munimine roboras pedicto hospitali in euidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Datum Spandowe per manum Johannis nostri notarii, Anno domini M° ducentesimo sexagesimo primo, octaua Kalendas Maii.

Nach Fidicin's Mittheilung aus dem Archive der Stadt Spandow.

Num. Diese und einige andere Urkunden, die eigentlich zu früheren Abschüssen gehören, konnten erst hier eingeschaltet werden, weil sie dem Herausgeber nicht zeitig genug zugegangen, um unter passenden Rubriken mitgetheilt zu werden.